CHRISTOPHORI BARAVALI IN MONSREGALENSI GYMNASIO Practicam Medicinam profitentis de Peste.





IN MONTE REGALI
Ex Officina Leonardi Torrentini.
MDLXV.

EXCELL. VIRO MARCO ANtonio Capræ Serenifs. Sab. Ducis Archiatro fuæque Academiæ moderatori integerrimo Christophorus Baraualus. .S.




VM Deus Opt. Max. Vir excellentissime hominem sibi partim similem, dum eum ratione donatum voluit, procreauerit: partim eo mortali genito, dissimilem, crediderim omnibus sciendi desiderium natura insitum esse, quò bonarum et artium & disciplinarum studijs à mortalitate quisque vindicatus persimilis ei euadat. ita ad eorum quæ cælis cõclusa sunt, cognitionem aspiramus, quæ terræ reconduntur visceribus rimamur, & quæ omnino in peramœno naturæ viridario florent subodorari contendimus; quibus animus noster perfectus ac planè diuinus effi-

 citur

citur. Quoniam verò rerum altißimarum cognitionem & omnino veritatem ipsam (vt Democritus aiebat) in profundo recondidit, nec cuique ad eam eruendam datum erat, veteres aliquot sapientissimos ac prope diuinos Hipp. Plato. Arist. Gal. aliosq. non paucos natura excitauit, qui diuinissimo suo ingenio ac diuturna obseruatione rebus hisce omnibus adinuẽtis & percepis posteritati traditas eas relinquerent: quibus qui paulò hebetiores sunt homines adiuti, rerum scientiam sibi compararent, atque suo sciendi honestissimo desiderio satisfacerent. At cùm rerum hæc cognitio ab eis ita scriptis mandata sit, vt nõ nisi à perpaucis ac illis quidẽ maximo studio summisq. laboribus adhibitis intelligantur, interpretum opera desiderata est qui vigilijs ac lucubrationibus suis veterum illorum placita obscurius tradita explanauerunt & omnibus intelligenda pro-

da proponerent. Hinc factum est, vt optimi quique Principes atque etiam Respu. nullis parcẽtes sumptibus Academias celleberrimas viris in omni scientiarum genere eruditissimis ad docendum conuocatis erexerint. Quod præter ceteros ab Emanuele Philiberto Optimo atque inuictissimo Principe suam ob eximiam in nos omnes subditos beniuolentiam ac liberalitatem factum proximis ãnis videmus, quippe qui florentissimam hanc Academiam viris doctissimis ex omnibus Europæ partibus, magnis propositis præmijs accersitis constituit, ac eam quidem, ne quid desideraretur in hac Montis Regalis Ciuitate, vbi & Cœlum saluberrimum, & quæcunque alia ad Academiam seruandam & continendam necessaria sunt, spectantur, vt Musarum locus rectè dici, & cum Parnasso comparari meritò valeat. Ea verò vt omnibus numeris completa esset



moderatores, quorum vnum te summam ob tuam prudentiam ac rerum cognitionem esse voluit, sapientissimos adhibuit, quibus eius & gloria, & salus adeo curæ forent, vt nihil quod ad eius conseruationem & augumentum faceret, desiderari pateremini. Quod cùm in cæteris à vobis præstari cernitur, tùm ne aliqua in facultate, aut sciẽtia professor aliquis desit, aut desideretur, quò etiam effectum est, vt cum me præ nimia vestra beniuolentia, eo loco haberetis, qui ob Paterni viri clarissimi recessum ordinariam praxim, quoad de alio cum eruditiore tum maioris nominis & ætatis viro prouideretur, profiteri possem, ad eam me promoueritis: ac tandem alio in eius locum suffecto me illi collegam esse volueritis. cum itaque proprios humani corporis partium affectus interpretarer, atque pestis in hac Pedemontana regione grassari inciperet, studiosi aliquot

Iuue-

Iuuenes de eius progressu dubitantes, quid de illius essentia & curatione sentirem, me exponere voluerunt, quod ea qua potuimus diligentia aliquot prælectionibus præstitimus. Quæ cùm eis non displicuissent, atque absentibus longè vtiliora fore arbitrarentur, vt ea typis mandarem rogarunt, Quod cùm facere (ut eis morem gererẽ) decreuissem, tibi viro excellentissimo ac de me benemerito dicanda iudicaui: cum præsertim leuia quæque præ eximia tua humanitate benigno animo soleas excipere ac quæ minima prorsus sunt, tuo nomine fulcta maiora reddantur, atq; ab inuidorum syncophantiis vindicentur: Quæ si tibi non ingrata fore cognouero, ad maiora conscribenda & tuo nomine edenda mihi animum adiicies. Bene vale. Ex Monte Regali Decimo Sept. Kal. Augusti. M D L X V.

ANTONIVS GAGNINVS SAVI lianensis Lectori. S.



VM homminem præ cæteris animalibus natura sociabilem, non propriæ saluti tantum, sed alienæ quoq; pro viribus consulere oporteat: hoc ille communi omnium discrimine postulante imprimis efficere debet. Quod & ingenio acutissimus, & eruditione præstantissimus præceptor noster, cum sedulò meditandum, & obnoxiè curandum sibi esse statueret, cumque vel maximè contagiosum teterrimę pestis morbum, hisce regionibus impẽdentem, & iam iam finitima loca accerrimè populantem videret, nihil sibi antiquius fuit, quàm vt optimi cuiusdam antidoti loco, nos aliquot hac in re prælectionibus institueret: quibus, vel incolumes ab infestissimo morbo tueri, vel eo iam affectos incolumitati restituere sciremus, egregiè, sapienterq; edocuit. Ordinem autem longè facillimum, & ad retinendum sanè quàm aptissimum, hunc scilicet obseruauit; quod pestis nomenclaturam principio apertissimè declarauit: Deinde à febre, quam pestilem uocant, eam distinxit.

xit, Simul etiam in quibus conueniant, aut discrepent, sigillatim aperiens: post quæ de causis agit: Postremò autem signorum omniũ tam grassantis, quam instantis tractatum, nec non curandæ, arcendæué pestilentiæ rationẽ, & pharmaca præstẽtissima subiecit. Hoc vnicum supererat, vt hæc omnia, quæ in scholis disertissimè explicauerat, quò uberiores fœtus procrearent, bonisq; omnibus obuia forent, ea quoque in lucem exire pateretur, & idcirco typis tradi. Quod & si ab eo auditorum permulti sępenumero flagitassent, vix tamen denique impetrarunt, vt ille nihil minus, quàm popularis auræ captator, hasce laborum suorum primitias, quas domi (licet adhuc suprema manu carentes) vlterius delitescere, iniquũ erat, & impium uidebatur, in medium prodire permitteret. Permisit tamen, & iustis tandem auditorum precibus pioque desiderio satisfecit. Quamobrem Lector humanissime, restare illud, & mearum partium esse videtur, vt pro eius erga me beneuolentia, meaque in eum obseruantia, te etiam atque etiam rogem, ne breues istas, medico tamen pollutis peste temporibus mirum in modum vtiles, ac necessarias peritissimi viri lucubrationes, infensus excipias; né ue quibus addere difficillimum sit, ijsdem detrahere facillimum esse putes. Sed ampliores

aliquan-

aliquando fructus Superis annuentibus, ex amplissimo agro expectans: Istud intereà quidquid propẽsi in te animi pignoris est, æqui bonique consulas. Quod si præstiteris, præter id, quod beneuoli lectoris mune re functus eris, tritissimo etiam vulgari sermo ne prouerbio, quo operi incipienti fauẽdum esse monemur, non immeritò satisfeceris. Vale.

IOANNES BAPTISTA BRACVS LECTORI. S.

Si cupias pestis sæuos euitare labores:
Omne quòd auxiliũ possit adesse tibi,
Quæ scripsit rogata manus Baraualia, serua,
Arcana hæc siquidem congrua quæque docet.

CHRISTOPHORI BARAVALI IN MONS REGALENSI GYMNASIO PRACTICAM MEdicinam profitentis de peſte.



DIVINVM in numen relata omnibus à vulgaribus, & doctis non paucis peſtilentia expetit, ſi eius natura nobis exponi, & curatio monſtrari debet, vt eam epidemicum affectum dicamus: quòd ritè factum conſtabit ex Gal. qui morbos omnes aut ſporades eſſe reliquit paſsim, indiſcriminatimque ex varia hominum complexione uiuendique forma graſſantes, vt ſi tertianæ febres, quartanæque & fluxus, ſi ſimul vnũ occupent locum, & alios endimios cuipiã, vel loco, vel regioni vernaculos, qualis olim erat cancer & elephantiaſis in Alexandria Aegypti, & Gallicus affectus in Ame-

p. in p. vul. mo com p. p. de rat ctus in a

in America vnde ad nos fuit translatus, & pleuritis nostra hac in ciuitate suoq; ĩ agro singulo primo vere. Alij ad huc magis cõmunes existũt epidemici appellati, qui aut parũ periculosi sunt vt qui octauo ab hinc anno vniuersam ferè percurrit Europam Galantinus dictus; aut maximè perniciosi quemadmodum, qui superiori anno Lugdunum, & alia nonnulla oppida depopulatus est; vnde pestem morbum epidemicum, videlicet communem, & valde perniciosum dicere debemus: huiusque rei causam præ cæteris dicendis afferre cum Gale. qui omnem perniciei in animatis corporibus causam vel in humorum naturam, vel in membri, cuius actiones à morbo lædun tur necessitatem referebat: humores præterea duplici sunt ab euentu admodum exitiales, vel quia natura tales sint, ut melancholicus, vel hanc habeant aduentitiã, aut ob exustionem, aut putrefactionem & similia. Partes etiam uitæ pernecessariȩ à Gale. Cor, Cerebrum, Iecurque recensentur. Videamus vlterius qua nam à re hic nostris in corporibus oriatur affectus, ac an membrũ quodpiã occupet ex præcipuis, nã hoc mo

methο.6. conſt. med.16.

rte me le

modo quare tā perniciosus sit innotescet. Asserit Gal. pestilentiam excellenti à putrefactione, quantam eius omnia symptomata ostendunt & pręcipuè quæ per sedem maximè fœtida deijciuntur excrementa, vrinę quoque, sudores, ac anhelitus non solum oriri, quinimo eandem ab alijs omnibus putridis affectibus nō parum differre. Et quia putridos humores mox inter deterrimos reposuimus, priori hac ratione affectus, hic perniciosissimus est nuncupandus & mehercle venenosus, cum putredo, quę hic adest tanta sit, quantam possit quodpiam venenū corporibus imprimere: cuius rei signum est, quod his morbis pereant homines eisdem cum signis, quibus veneno pereuntes notantur. perniciosa quoq; erit hæc egritudo, quia in omniū totius corporis partiū nobilissima sibi vendicat sedem, nimirum in corde, quod totius veluti quædā arx est, primo in eo viuens, vltimoque moriēs ne perire possit homo, cuius cor inculpatè degat. Quia verò posset hic quispiā dubitare nū cor sit, quod primò & propriè hic afficitur. venit aliquo fundamento id monstrandum, primum à rei natura, & deinde

3. de pr. sag. ex p. sibus .4.

inde à ſigno deducto. Porrò affectio hæc (ut ſuperius) in humorũ excellenti corruptione eſſentiam habet, quę niſi intẽſa ab aliena caliditate illis in partibus internis exiſtente fieri nequit, quæ proculdubio febris videtur dicenda. cum autem in omniũ ore verſetur, quòd febris primum eſt cordis paſsio, igitur & peſtis. A ſigno longè clarius patet, quia cum infiniti in peſte pereant homines, dicẽdum certè eſt eam partem occupari, quæ vitæ primò rectrix eſt, qualis cor creditur: Addo & aliud à celeritate mortis deductum. Nam affecto cerebro, iecore, liene vel ventriculo, ſimili quouis morbi genere non de repente moritur, quia vitæ fons morbo reſiſtat cum illi primò non ſit offenſioni, at graſſante peſte ſpacio duntaxat horarum plurimi è vita commigrant, quam ob rem affectum parti ineſſe oportet, quæ vitæ immediata ſit cauſa, ut cor eſt, nam illà à morbo deuicta perbreui ceſſat vita, & ideo monſtratũ credimus, quomodo peſtis admodum exitialis ſit affectus. videamus ad hæc an cor vno tantummodo perpetuò hac affectione laboret, & id quidem ex noxijs quas cor

dis

dis actiones pati deprehendunt r, quia si vnius erunt dumtaxat generis, sola erit offensionis ratio: & multiplex, si id uario modo lædi constabit; uerum prius uidendum quæ cordis actiones sint, licet inferius ueniant diligentius proponēdæ: sunt hæ caloris naturalis generatio, eiusdemque totum in corpus expansio, atq; pro eiusdem euentilatione, & refrigeratione arteriarum motus, & ipsa respiratio. Quæ omnia cum duplici modo se habere in peste uideantur, ideo cor duplicem pati offensionem dicamus oportet: in primis enim experientia compertum est, ac auctoritate manifestum totius corporis calorem, quandoq; grassante peste exilem adeo fore, ut potius uniuersum corpus, aut saltem eius extrema sint frigida. Aliàs autem adeo calida ut ęger se exuri fateatur: id quod crediderim factum quia dicta putredo in humoribus adsit, quando tantus persentitur calor aut cordis substantię imbibita, dum carnes frigidæ tanguntur. In pulsibus quoque priori præsente putredine magnitudo adest, frequētia, uelocitas, ac maxima inęqualitas ut melius, ubi de signis agemus, ostēdetur.

eadem

Eadem propemodum in reſpiratione exiſtunt, altero autem in euentu, omnia hæc adeo remittuntur, ut ferè naturalia iudicẽtur, & ita in propatulo eſſe exiſtimo cordi putredinem hanc dupliciter fore moleſtã, quare duę erunt huius offenſionis differentiæ. At dubium eſt an à putredine lædatur in peſte Cor, an potius occulta quadam à qualitate, vt uiri clariſsimi nominis ex Gal. autumaſſe uiſi ſunt. Nos qui nullam reperimus occultam qualitatem hac putredine deteriorem, priori aſsentimur parti, & id monſtramus, primũ quoniam omnia ab hac exterminantur mixta, cum caloris naturalis, quo ea omnia uiuũt ſit illa corruptio, id qđ optimè nouiſſe uidet̃ Philoſo. quãdo generationi putrefactionẽ cõtrariã dicebat. Eò adhuc magis putredo hæc eſt talis, quia in totius corporis arce ſit, qua labe factata noſtræ omnes facultates titubant, ac dilabuntur. Cum itaq; hac ab excellenti putredine peſtis adoriatur, aliud eſt diſſoluẽdum dubium, an quippe in putrida peſte (ut de hac primo agamus) unus tantum, an potius omnes computreſcant humores, Hoc affirmant, qui ſymptomata, hunc affe ctum

de loc. fec. 4.

Meteo. 5:

ctum sequentia intuentur: quia ea hos omnes putrescere ostendunt, siquidem pustulæ, tota in cuti oriuntur, quæ colore id præ se ferunt: ratio uerò id negat, quoniã ubi omnes essent in corpore humores corrupti, ne tantillum quidem uiueretur, cui tamen contrarium uidemus, cum ad septimum usque diem interdum uixisse apud Hip. & Gal. legamus. Res ergo hæc ita se habet, quòd in his, qui eò usque peste laborãtes viuunt omnes non computrescunt succi, sed vnus tantum, vel plures, qui quoque vno in indiuiduo putrescẽtes ab his, qui in alio corrũpuntur ægroto diuersi sũt, adeò vt putrescant quidem omnes humores, verum non in vno dumtaxat homine, si modo pauxillum debeat uiuere. Visa re, qua prior hæc pestis differentia in nobis oriri potest eius causas indagemus, quibus adeò citò, ac facilè nostris superueniat in corporibus. Sunt hæ duplices, quia vna extrinsecè aduenit, & altera, quæ ab intrinseco est. Id præstat prius nos ambiens quidã putredinosus vapor, qui anhelitu arterijs, ac vniuersæ cutis inconspicuis foraminibus attrahitur, qui ut talis efficiatur, plures alias

habet occasiones, cùm de signis verba fiét, referrédas; quæ verò id intrinsicè præstat, est duplex, exuberantia videlicet, iustò humidiorum excrementorum, & naturalis calor aliquo non naturali adauctus ab euentu, qualis est paruis venarum in orificijs cõtracta oppilatio, & cutis à frigore, quòd illi calefactæ obiter occurrerit, aut adstringenti aliquo à balneo, ut quod aqua calchantosa, vel aluminosa, pro scabie sæpe fit, similiq; ab vnctione, condensatio, aut suorum meatuũ, ab infarcientibus rebus procreata constipatio, nam calor hic illas in humiditates agens, aut tantillum, aut prorsus putrefacit, quamobrem in ipsis quæ ab extrinseco sese offert, putredo facilè suscipitur, quam posteà cordis substantia multoties imbibit, ut altera huius affectus differentia iam nobis explananda fiat, quàm ex Galeno hecticam diximus. Læditur in hac cor quia suę imprimatur substantię putredinosus is calor vitæ quàm maximè contrarius, qui aliunde non amplius pendeat: prius uerò, quàm euentus huius rationem monstremus, è quarundam mentibus extirpanda ea est opinio, qua credunt cor hic instar pomi

de prae: ex pulſ.

pomi ab alio putrefacti, aut manus ſcabie vel abſceſſu laborãtis putreſcere, non enim paruæ ſunt, ac flocifaciendæ rationes, quibus id moliri valemus, quarum prima Galeni eſt, dũ uoluit fore impoſsibile ut cor, uel imflãmationem patiatur, uel eryſipelas quare multò minus ſummam hanc putrefactionem, qua omnino aliquid ſua ex ſubſtãtia deperderetur. ſecunda eſt eiuſdem mõſtrantis cor, ne tantillum quidem ſolutæ unitatis pati poſſe, & ſi illa ſimplex ſit, quare à fortiori non hanc ſufferet, quæ maxima eſt, ac adeo maligna à qualitate procreata. Demum multò id firmius monſtratur, quia cor eam uix queat ſufferre putredinẽ, quæ ſuis eſt in humoribus, cum tempore peſtis hanc ob rem plures homines pereant longè ergo difficilius eam ſuſtinebit, quæ propria eſt in ſubſtantia, cũ igitur iure hoc cor non putreſcat, quomodo id fiat oſtendamus. Galenus calorẽ hunc putrem à cordis ſubſtantia imbibi monſtrabat, ita tamẽ ut tantummodo eius commutet temperamentum, non autem ſubſtantiam, non putreſcit autem cordis ſubſtantia, & ſi is putredinoſus calor in ea adſit, atque quia o-

5. de loc. fe. 2.

p in p vulg. m 1. & praeſag pulſi. q

mne tactum à putrido perfacile putrescat, quoniam ferrum lapisue à re putri contacta non putrescunt, & ideo cordis substantia, quia solida satis sit, non adeo facilè eam incurrere potest putrefactionē. Quòd si dicatur hanc dari saltem incipiendo, respondetur illam Medicis curæ non fore, cum similiter desinat, ac incipit, & ideo nec nobis, vt de illa plura dicamus; cum præsertim alia grauior occurrat discutienda difficultas; nimirum an posibile sit, hanc in cordis substātia putredinem dari, qua hectica pestis efficiatur. Respondent non nulli, quòd non, quia numquam talis pestis sit uisa, ut non pauca promittunt fundamenta, & in primis quia Gal. ubique fere locorum pestilentem omnē affectum putridum appellat, tales autem sunt affectiones à putredine, quæ uenarum, & cordis uentriculorum in humoribus existit, hecticam autem appellant, quæ iam membris adeò sit affixa, ut ex se ipsa solum in esse pendeat & cōseruari. Symptomata quoque, quę in hac ægritudine apparent multò magis ad id dicendum nos cogunt, cum siue sint pustulæ, siue carbunculi, siue per

e diff. fe. ...r .8. de ...sag. ex ...si. 4.

ſedem excrementa, ſudores, lotia, anhelitusque, cum malè oleant tantam ſapiunt putredinem, quanta in quauis alia exiſtit ægritudine. Fundamenta hæc perfacilè ſolui poſſunt, porrò calor ille putredinoſus cordis ſubſtantię imbibitus ex ſe ipſo ſolũ, cũ in eſſe, tùm in conſeruari pẽdet, & ſi in humoribus, quibus cordis vẽtriculi ſunt repleti excellens inſit putredo, quod perpetuo ferè euenit, vt vtraque hæc putredo cor ipsũ occupet, vnde fieri dixerim ꝙ in hectica peſtilẽtiali ſymptomata adſunt, quæ aliã ſpeciem adeſſe prę ſeferunt. Addo, quod illud primum fundamentum eſt falſum, hecticas enim dari ait Gal. febres peſtilentes incipiendo, quæ putridæ certè nõ ſunt, quod longè clarius idem Gal. aſſerit, dum ex profeſsò dicebat aliquot eſſę peſtilentes ægritudines, quæ ſtatim à principio ab alijs differunt, quæ maxima ex putrefactione ſunt, qualẽ dicerem hecticum hunc morbum. Corruit etiam ſecundum fundamentũ, quia licet adſint, ſymptomata, quæ putrem promittunt in venis materiam, ab hac tamen altera, quæ cordis ſubſtantiæ eſt affixa, nõ pendet, quia eſſe ſuũ ex ſe ipſa

1 de di[illegible] rentijs [illegible] quarto 3. de pra[illegible] gatione pul 9.

habet dumtaxat. Hic ſit ergo alter modus quo cor in peſte excellenti à putredine offenditur, cum quippe attracto ore, arterijſque aut alio modo putredinoſo aere, aut ex putreſcentibus humoribus eleuatus ad cor tali vapore, putrida caliditas cordis ſubſtantiæ affigitur, quà ſuum tantummodo mutatur innatum temperamentum integra permanente ſubſtantia, nec duę hę peſtis differētie vnum ſunt, & idem, quia duo ſemper habeant communia ſymptomata, calorem quippe putridenoſum, ac fæcum colliquationem, quomodo alia quæ diuerſa ſunt accidentia ambæ hæ differentiæ ſeorſim habeant, nam qui putrida laborant, licet interdum extrinſecè modicè incaleſcant, intrinſecè tamen exuruntur. Qui verò altera detorquētur ſpecie vtroq; modo, ne tantillum quidē caloris perſentiunt, ac ſi ſecundū naturam ſe haberent; Differunt præterea, quòd in putrida ſemper inæquales pulſus depræhenduntur, quales numq̃ adſunt in altera. Diuerſa demum in vtroque affectu caloris forma perſentitur, quia in putrida quam primum manus corpori admouetur, acer ſatis is percipitur, qui ta

men continuò miteſit. Contrarium autem in altera cõtingit, q̃a primo tactu calor mitiſsimus iudicatur, qui poſtea adeò ſucceſsiuè augetur, vt tangenti manu è partibus internis, veluti quodam à puteo videatur educi, vt Auicennæ optimè innotuit. Duplex ergo ex his omnibus eſt cordis in peſte læſionis ratio, quę varia adhuc oſtenditur a diuerſis, quæ in ea apparent, ſymptomatibus, de qua varietate paucis etiã agendum eſt, vt concinnè magis ad ſignorum tractationem pateat aditus, ac ad curationem, quæ hinc vario ineunda erit modo, vt inferius patebit. Sunt hæc cutis efflorescẽtiæ quę ab Hipp. pimphiges, Latinis verò puſtulæ nuncupantur: Sunt quoque Anthraces, qui nobis carbunculi dicuntur: & quæ interdum accidunt, deiectiones peſsimę olentes: quę omnia cum antiquis tum nobis ſunt viſa, præſertim quę Hippo. & Gal. huic dum ea de prolixiori loquitur peſte quę ſuo eſt euo graſſata in qua ſolũ carbunculi videbantur, aut ſolæ deiectiones dictæ ex cernebantur. Quorum omniũ in cauſa eſt humorũ vt ante dicebatur putrefactio, quandoquidem pro horum diuer-

1.4.c. ſignis

1. in. vulg. 29.

1. in. vulg. 29. & 1.26. meteo. atra bi

ſitate, tria hæc ſymptomata ſuperueniunt colore, magnitudine, ac numero differentia. Nam quicunque fuerit is humor, ſi tenuis ſit pimphyges orientur, quia materia hæc pro ſui tenuitate cutim in tumorem attollere nequit, at quidem illam ſignis in ſtar pulicum punĉturarum inficere, aut folij roſarum, ſi ea ſit copioſa. Eleuatur uerò cutis in tumorem qui magnitudine variolas æquat, & colore lentes, ſi materia ad cutim propulſata, tũ craſsior, tum nigra fuerit, à qua etiã materia multò tamen craſſiori, & copioſiori procreantur anthraces, plures, & pauciores pro multitudine eius qui in corpore redũdat ſucci, & hinc liquere arbitror diuerſam fore cordis penes hęc varia ſymptomata offenſionem, quia quippè materiæ, quibus hæc emanant, ſint aliæ alijs multò deteriores. Conſtet ergo cor multiplici ratione dũ peſtis graſſatur pati poſſe, vel quia ſit in humoribus, quibus eius vẽtriculi redũdant, dicta putredo, quorũ alij alijs ſunt deteriores, aut craſsiores, aut cordis ſubſtantiæ, iam imbibita: quamobrem peſtem hunc in modum circumſcribere poſſumus. Quòd ſit communis affe-

ĉtus

ctus ac valde pernicioſus ab excellenti putrefactione vel in cordis humoribus contracta, vel eiuſdem ſubſtantiæ iam affixa dependens, quo vno in loco quam plures cadē ferè morbi forma moriuntur. Patet ergo quid peſtis ſit, ac vnde ortum ducat: quapropter nunc de ſignis quibus peſtis imminens, aut præſens deprehendatur videtur agendum, ea potiſsimum de cauſa quòd medici numquam cuiuſpiam morbi curationi ſe accingunt, niſi morbum ad eſſe & eum quidem talem nouerint. 13

Quia verò perdifficilis horum foret tractatio niſi ordine procederetur, complectamur hæc omnia ſigna triplici ſub genere, ita vt alia peſtē antecedentia eam futuram promittant, cum ſint illius effectrices cauſæ, alia iam præſentem eius pręcipuam occaſionem, nempe aerem putrefactum oſtēdant ac demum atteſtentur, alia hoc uel illud indiuiduum peſte laborare. Sunt priori genere complexa ſigna, ira Dei, cœleſtes contactus, mala totius aut maioris anni partis conſtitutio. Exeuntes è terræ viſceribus aut putri quappiam alia à re exilientes corrupti vapores, quod poſt exer

cituum Clades ſepænumero euenire conſueuit. Horum uerò omnium prius fortè cuipiam uidebitur ridiculũ, & ſi id ipſum
eg.24. ſacrę paginę affirment dũ Dauid Regis exercitum in eum ſęuiente Deo miſerrimè depopulatum peſte legimus.

A cæleſtibus contactibus id interdum fieri omnes referunt aſtrologi.

lib. de morb. Queadmodum & Hippo. à relata conſtitutione ſcribit eueniſſe.

Sequutas peſtes è terra uaporũ copioſam eruptionem ueterum annalium ſcriptores reliquere, & alias poſt exercituum clades
cap. de scul. in exortas, Valerij Maximi Carthæ Põpeiana in regione exortam peſtilentiam à putrefacto ſerpente, qui centum uiginti quatuor paſſuũ longitudinem æquabat referunt, quia ex eo potuerint aeri putres permiſceri uapores. Monſtrat obſeruãtia putreſcentibus ab aquis hanc interdum oriri luem, quoniam paludum incolę ſingulis ferè annis peſtilentibus corripiantur morbis, ꝙ ea ab aqua putres exiliant uapores, qui aerẽ alterant, adeo ut is poſt eam inſpiratus, aut alio attractus modo poteſt huiuſmodi gignere affectum. Comprobatur idem, quia pe-

peſtilentiæ tẽpore longè plures concidunt his in locis homines, quàm alibi, quia illa ex putrefacta aqua aer inſpirandus putrefiat. Hæc ſunt, quę ueluti peſtis cauſæ ſi cõſpiciantur eam omninò futurã oſtendunt, quia poſsint aerem, aut in ſubſtantia commutare, aut alio alterare modo, qui deinde neceſſario nobis inſpiratus cordis, vel humores, uel ſubſtantiam putrefaciet cum præſertim, illi alia ab occaſione fuerint putrefactioni obnoxij, ut ex longa aliqua & penuria, & obſidione, quibus homines peſsimi ſucci alimentis vti coguntur.

At niſi adſint alia ſigna, quibus haſce cauſas deprehendere ualeamus, nihil ex his prædicere poſſumus, quapropter mulctã à Deo optimo peſte irrogandam cognoſcemus, quia præceſſere, aut exiſtunt ea in nobis, quę illa ſunt digna, ut ſuorum præceptorum comtemptus; Quando exitialem peſtem ſyderum contactus erunt parituri lunaribus paginis, quouis anno ab Aſtrologis ęditis intelligemus. Anni conſtitutionem putrefactioni futuram occaſioni ſciemus, ſi integrum per annum, aut maiorem eius partem, auſtrales flauerint vẽtus, quia

cum

cũ calidi ſint ac humidi eam talẽ reddunt.

Ex vaporibus, quos terræ euomuerint viſcera futuram dicemus peſtem ut Romani aruſpices, ſi magni ſint viſi terrę motus, & montiũ ruinæ, quia his potuit aeri addi putredo, ac fructibus et herbis, quibus homines debent veſci.

Ex aqua tetros hos vapores aeri permixtos coniectabimur, ſi in ea reperiant piſcatores frequentiſsimas ranas, vermesuè, ac mortuos piſces, aut qui in aquę natent ſuperficie, ac ſi ebrij forent, aut calce, vel re alia ſimili infecta aqua laborarent, vel quia horum multitudo ad littora, vt putredinem iſtam euitarent, confugerit; quod certius multò fiet, ſi aquæ ſubſtantia, & craſſa, & pinguis inſtar aquæ, in qua carnes ſint ablutæ, ac demum ſi viridi fuerit colore.

Quòd poſtremò ſit peſtilentia futura ob reſilientes putres vapores inhumatis à cadaueribus, aut alijs non ſepultis ab animalibus innoteſcet, ſi qui hæc videre, conſulerè voluerimus. Hęc omnia his adiuncta, quæ aerem craſſum oſtendunt, vt cometæ ſunt, & ſtellæ cadentes, ac cæteræ igneæ aereæq; Ariſt. apparitiones, quibus futuram peſtẽ

pestem prædicebant his de rebus benemeriti veteres, pestem imminere pollicentur.

Signa autem, quibus iam pestis proximã adesse causam possumus dicere, duplici sub genere sunt, quia alia extra corpora, alia verò in eis considerari debent: illa primum animalia ex putredine genita, quæ vbique locorũ frequentissima occurrunt; vt ranulę, quæ maximis pluunt imbribus, maioresque: ac paruæ muscæ, certius uerò id ostẽdunt animalia, quæ ex propagatione genita habitant aerẽ, quia tunc sæpe cãpos, nedum proprios nidos relinquunt, ut petant montes, ubi tantum putredinis, non adesse sentiunt. Id etiam potissimum ostenditur, si hæc in terram ex aere cadant mortua: alia deinde animalia terram habitantia ab ea exire cõspiciũtur, ac quasi furere, ueluti si ebria forent, quod fit ab ingresso in terram putri aere, quem hæc animalia inspirauere: in aquá etiam, quæ paulò ante dicebantur eandem ob causam uidebuntur. Sunt præterea alia non pauca signa, quibus istud experiri nititur uulgus; quę tamen cum certitudine iam dictis non respõdeant, breuitatis gratia omittuntur.

Tertij generis signa, quibus iam indiuidua peste laborare deprehendimus, sunt quæ in corporibus affectis conspiciuntur, quia uero hęc uarietate sua posient nõ mediocrem parere cõfusionem certa est ratione procedendum, & ideo duos constituamus fontes, quibus hæc scaturiant. Sit primus læsæ partis actionũ offensio. Secundus uero symptomata huic morbo familiaria. Cor ut superius est cóstitutum pars dicitur esse, quę hac ęgritudine primo laborat, & ideo ab eius læsis actionibus imprimis hũc cognoscere debemus morbum. Cordis autem actiones superius sunt positæ caloris uitalis generatio, eiusque in totum corpus expãsio arteriarumq; dilatatio & cõstrictio ac respiratio. A caloris igitur in totũ expansione istud prius consulamus oportet, quia vel exurens, vel mitis adeo persentietur, ut corpus aut saltem extrema frigida tangantur. In putrida primus adest calor, quia sit in fonte caloris putredo, qua eo calefacto, calor hic proculdubiò tantus in totũ deriuabitur, quantus statim a principio, hac in ægritudine, adesse debet, nempè ingens: nam inter acutissimos affectus est hic

præci-

præcipuus, quã ob causam statim extremos habet labores, quorum ijs calor unus est. Tangitur auté altera in huius morbi specie is calor valde mitis, qua forte tantum eius non generetur, quanto eget, pro sui calefactione totum corpus, aut generatur quidẽ totumque expanditur in corpus, uerum ad cor aliquo ab accidente reuocatur, quare exteriora hoc influente calido destituta frigida comperiuntur. Accidentia uerò quæ id facere possunt, sũt omnia, quæ cordi pariunt molestiã, quia natura partis huius pernecessariæ conseruationem expetés ad huiusmodi nocumentis occurrendum vndique recurrit. Id igitur efficiet, quæcunque cordi contigerit inflãmatio, aut si copiosi ad cor affatim recurrerint humores, unde suffocationis immineat periculũ, ut si à quapiam corporis parte putridi id petierint uapores. Primum id euenire ostendit Gal. ubi uolebat Hipp. quòd extremorũ frigus in acutis sit exitiale quia id sępe contingat ob aliquo in uiscere ortam inflãmationem, cui natura succurrere contendat. Monstrat secundum timor quia ob eum ad cor reducantur humores, qui ipsi 7. aphor

sua

ſua copia moleſti naturam uniuerſo à corpore exteriori ad interiora reuocant, quare totum frigidum relinquitur. Tertio à cordis nocumẽto idem fieri poſſe paroxyſmorum in febribus initia atteſtantur, in his ab humoribus in uenis aut extra eaſdẽ putrefactis eleuati ad cor uapores illi non modicam afferunt moleſtiam, ob quam na-
Apho.37. tura, quæ ex Hippo. auctore Galeno, calor naturalis dicitur, vniuerſum relinquit corpus, vt loco offenſo valeat mederi. Dubitabit uerò hic quiſpiam quamobrem vniuerſum per paroxyſmum, quo continuo tales cor petunt uapores, frigus non perſeueret: Reſpondemus quòd hoc in ſucceſſu iam in calefacto eſſe exiſtit cor, quapropter natiua caliditas accenditur, ut tantũ vniuerſum incaleſcat corpus, ne poſsit hoc modo refrigerari. Talia demum exteriora fiunt ob quartam cordi illatã putredinoſo eo à calore eius ſubſtantiæ imbibito noxam cæterarum omniũ grauiſsimam, quæ vitaliũ facultatum eſt proſtratio, nã idcirco exilis admodũ vitalis is efficitur calor, qui pro toto calefaciẽdo non ſufficiat, & hunc in modũ de præſentis peſtis cognitione ſit
hoc

hoc à priori ſignorum fonte conſultum.

A ſecunda cordis operatione dicta ita de peſte deſumemus indicium, ꝙ ſi ſtatim ab initio magni, frequentes, ac veloces inueniantur pulſus, ac ſimilis reſpiratio, peſtem adeſſe dicemus, quia hæc tantam euẽtandi calidum naturale neceſsitatem oſtendant, quanta in peſte laborantibus exiſtat oportet; cum in corde maxima tunc ſit & excellens putredo, qua naturalis calor tantopere immutatur, vt ea ſit euentilatione opus: Contrarij etiam pulſus reſpiratioq; ita vt naturalia fore videantur (ſi alia præceſſerint) peſtem hecticam promittunt. At cum hæc duo peſtis non ſint perpetua ſigna, quoniam alios ſequi poſsint morbos, operæpretium eſt, vt ad ea accedamus, quæ alio à fonte deſumuntur, quoniam his omnibus ſimul comprehenſis peſtem adeſſe certiſsimè ſciemus.

Symptomata huic ægritudini familiaria ſunt non pauca, & in primis cutis ſuperius allatæ, efloreſcẽtiæ, anthraces, ac fœtidæ deiectiones, quæ recenſuiſſe ſit ſatis, cùm iam de illis, abunde locuti ſimus. ſudores fœtidi frigidiq; ſunt peſtiferi, quia tetro hoc

odore excellentem eam arguunt putredinem, quam morbi huius expostulat natura. Præterea tales sunt, quoniam nondum concoctis materiebus, quales penè morborum omnium à principio sunt, emanant, nulla prorsus agente facultate, sed quia intra corpus, pro sua immodica exuberantia nequeant contineri: nam peste non nisi maximè excrementosa corpora offenduntur. Sunt præterea perniciosi, quia nulla obseruata dierum criticorum ratione exeant, ut

apho.37. Hipp. & secum Gal. demonstrauere, quibus suffragatur experimentum, quo his in corporibus nullum relinqui his à sudoribus iuuamentum, quinimo non parum ea defatigari deprehendimus; quia demum frigidi sint, id maximè ostendunt, nam cutim frigidam affirmant, cum ab ea immediatè emanent, internæ enim partes exuruntur, vt in putrida hac ægritudine sæpe fieri antea declarauimus. Mirum fortè alicui videbitur, quòd ex partibus, quæ exuruntur materię posſint frigidæ exire, cum ex igne fumi numquam eleuentur frigidi;

amph.1. is, vt sibi satisfaciat, Gal. legat, quia repe-
apho 37. riet materiam hanc, quæ sudor videtur, su

dorem

dorem non fore, ſed liquorem quendam cuti imbibitum, qui facultatibus eiuſdem cutis hoc à morbo proſtratis, ex ſe emanat, non ſecùs ac aqua è ſitula ſuis non benè cō ſtricta orbiculis: quia verò ij ſudores hac ſeparantur ab ægritudine ad alia proficiſcē dum eſt ſigna, & in primis ad ingentem ſitim, linguæque aſperitatem, quæ hoc in affectu perpetuo ferè adſunt, nam vt norunt Anatomici, tunica ventriculū intrinſecè ambiens, cum internę omnes partes exurū tur, humidi proprij expers redditur, cuius ob id ventriculi facultas deſiderio ducitur quod ſitim appellamus: qua etiam ratione exaſperatur lingua, quia ut ſcripſit Philoſophus ſiccæ res humido continuę, eo abſū pto, diſgregantur, abſumitur autem id in lingua, vt exaſperetur, quia in ea excellens adeſt caliditas, qualem hic adeſſe & experientia, & ratio docet.

4. Met 28.

Eadem ferè à cauſa hic etiam proſternitur appetitus, quia eo à calore liquato oris ventriculi humido nocumentum ob alimenti penuriam in ventriculo ſuperueniēs ſuæ non ſentiunt facultates, quamobrem non fameſcunt, quinimo quicquid alimen

ti offertur non parum aspernuntur, ut per pulchrè notauit Auicēnas dum uoluit hos cogendos ut comedant.

.4. tract. .cap. 4.

Dolor secundum dorsi longitudinem acerbus pestem docet, quia sequatur cauæ uenæ, aortæque arteriç, quç secundum regionem illam protrahuntur, extensionem ab humorum in ipsis facta ebulitione, quæ in aliorum affectuum præter naturā nemine tanta efficitur.

Qua ab ebulitione non pauci exusti, ac putres uapores caput petentes uigilias non immodicas sæpenumero pariunt, ab his cerebri extincta humiditate, quā somni fore causam uoluit Gal. & ideo ex his pestis cognoscitur. Nec nobis occurrendum, cū Galen. quòd opium haud sua humiditate procreet somnum, sed frigiditate, quia, quod ab eo fit, somnum dicere non debemus, sed potius stuporem, ut ab eodem Galeno ostenditur.

de loc. af .5.

de loc. af .5.

Eadem ab occasione paulò ualentiori cerebri membranas exsiccante mentem perturbari crediderim, aut fortè hi uapores inferiori à corpore ad caput accedentes spiritus peruertant animales & ideo hoc ex delirio pestem pronuntiauimus, quemad-

modum

modum etiam maxima ex inquietudine, qua ij ægroti afficiuntur, nam eam in humorum exustionem, putrefactionemque dictam, aut in mentis perturbationẽ, qua laborantes, sibi una persistendum forma non norunt, possumus referre.

Ex syncope pariter huic affectui quàm familiari idem tutius, quàm ab alijs deprehendemus, cum omnium uirtutum prostrationem sequatur, quæ in his longè maior quàm in alijs omnibus morbis est, vrinæ demum rubeæ satis, uel eruginosæ ac nigrescentes, cum subiugali sedimento putridam pestem attestantur, quæ si derepente (quod sæpe numero cõtingit) tales fiãt, vt ferè naturales iudicẽtur, alteram adesse morbi huius speciem promittunt, & ideo, quàm primũ aut hæc omnia symptomata vel aliqua aderunt, & simul plurimos eisdẽ sæuientibus accidentibus uno in loco perire uidebimus homines, pestem depopulari prædicabimus.

Quoniam uerò signa hęc omnia nõ semper, aut adsunt, aut præcessere dum pestis grassatur, necessario altera pestilentiæ species est ponenda, paucis experientia docti

 mon-

mõstrabimus. Porrò sæpenumero de pascitur pestis ciuitates, & oppida, quę quodam peregrino à contactu, uestibus, aut re alia simili, aliunde delatis, vbi pestis sit, oriri uidemus, quam pestem solum posterioris generis symptomata sequuntur, quare merito præter priorem huius ægritudinis differentiam, hanc alteram ponere debemus. Quo in loco perantiqua dubitatio omninò venit soluenda, an quippè vestibus, auro, argento, nummisque, ferro, ligno, corio, ac charta, qua literæ amicis dantur, & huius generis alijs non paucis, possint uapores hi pestilentiales tamdiu contineri vt possint ex alienis prouincijs, aut ciuitatib. aliò deferri, & homines ea cõtrectãtes peste inficere. Cuius dubitationis est ĩ causa omniũ ferè his de rebus cognoscẽdis, quæ tũc temporis tangi non debent maxima cupiditas, & ideò ex Gal. huic dubitationi primum satisfacimus, quod sit omnino periculosa cum alijs conuersatio, unde quamplures esse res euitandas dicere cogimur, cum sani homines nõ nisi uestibus possint hanc luem alijs communicare, quòd si quis nouisse exoptet, quæ sint tempore pestilentiæ

de dif. fe-bri.

tiæ ſuſpectæ res, nullo iure contractandæ, experiatur, quæ alienum quempiam ſapere poſſunt odorem, quia illæ peſtiferos hos vapores in ſe ipſis diu continere poſſunt, nam nó ſecus hunc uaporē retinent, ac alium, qui gratum ſpirat odorem. Quapropter cum aurum, argentum, nummi, chartaq;, & panni ſi ubi muſcus ſit aliquantiſper morentur eum ſapiant, ſunt in peſte periculoſa & ideo tutum eſſe exiſtimamus nummos aceto, ut fit, prius madefactos & ablutos excipere. Mortua quoque corpora pace aliorum dixerimus, uapores hos poſſunt continere, quoniam & ſi horum carnes tales uapores nequeāt emittere, poſſunt tamen pili, excrementa quoq; eius in corporis cuti exiſtentia hoc facere.

b. Poſt quæ aliud hic congruè uidetur etiā examinandum dubium, nempe, an poſterioris differentiæ, an potius prioris eſſet peſtis, quę aliquot huius prouincię in oppidis aliquandiu depopulata eſt: quod paucis etiam reſoluturi dicimus: Peſtem eam poſtremæ fore ſpeciei, quod quatuor oſtendunt fundamenta primū quidē, quia nulla prioris contagij præceſſerit illis in locis

 occaſio

occaſio, ut diligenter ſciſcitanti ex nuper dictis apparebit: ſecũdum quia illis ex oppidis, nec ad montes aufugiſſe audiuimus uolucres, nec ex aere mortuos in terram concidiſſe, nec alia ueluti ebria animalia terram egreſſa, demumque quoniam abeſſent omnia quibus poſsit aer corruptus iudicari. Ad quæ accedit, quòd ſi prius contagiũ ibi fuiſſet uicina loca id ipſum aufugere nõ potuiſſent, quod tamen auſpice Chriſto aufugerunt & ſi hæc fortè humidiora ſint, maiorique hominum multititudine habitata.

Additur ad hæc quòd quæ hac peſte fuerunt perturbata oppida, ea duntaxat ſunt, quibus ex Gallia, ubi prius hæc erat, in Italiam cõmigratur, quapropter inde potuit iſthuc ab aliquo deferri. Poſtremò uerò id inde innoteſcit, quòd ibi hi ſolum periere homines, qui à rerum infectarum contrectatione, vel ædium habitatione ſe arcere, aut neſcierunt, aut noluere, quod proprium ni fallar, ſecundi eſt contagii. Hæc ſunt, quæ ad peſtis eſſentiam explanandam, atq; cognoſcendam uoluimus dixiſſe, ut inde facile illam a nobis arcendi,

ac

ac profligandi rationem docere ualeamus, de qua iam Christo Duce agendum uidetur.

DE CVRATIONE.

DE Curatione pessimæ huius ęgritudinis acturi, quam de pręseruatione sequetur sermo, expolitam indagare debemus rationem qua nostra exercere ualeamus instrumenta. Quę sunt Gal. Auicenna, alijsque omnibus de re medica bene meritis auctoribus. Congrua uictus ratio, pharmacia, & chirurgia ostendit Galenus cum alibi sępe, tum præcipuè in Methodo quomodo hæc debeant exerceri, cum quali bet nostra in medica operatione duos semper uelit adeundos consules, qui omnia agenda medicis ostendunt, & sunt morbi cuiuslibet essentia, & affectæ partis natura. Essentia uero huius ægritudinis excellens quædam est putredo in cordis humoribus, ac interdum in eius propria substantia contracta, quibus præterea constat cor partem affectam fore si priori acquiescédum est cósuli, ut faciédum censemus, omnia sunt ad- passim 4. 1. 11. meth

mi-

ministranda, quibus, tali putredini subripiatur occasio, Quia uerò quandoq; putredo iam facta est, & interdū adhuc in fieri, primum de facta paucis agamus, cum hæc sola euacuatione, de qua paulo infra uerba fient, egeat. Altera autem, uel humorum, uel substantię cordis corruptio duplicem habet causam, ut superius uidimus putredinem quippe extrinsecam, ac excrementa, quę ab intra hanc facile suscipiunt, nempe, quæ iusto humidiora, ac semiputrefacta in corpore existunt, utpote a calore naturali aliquo ab euentu adaucto, qualis est totius corporis ob contractas in uenis aut cutis in meatibus oppilationes uel ob eiusdem substantiæ condensationem prohibita transpiratio. Quæ ergo his occasionibus contraria existunt exsiccent oportet, refrigerentque, ac simul perspirabile reddant corpus extrema uenarum orificia, cutisque meatus reserando, & eandem laxando. Talia sunt in primis omnia, quæ refrigerando ac exsiccando possunt multitudinem euacuare, aut suarum partiū tenuitate, aut incidendi ui, crassos, & uiscosos humores, quibus id mali oriebatur, præparare.

Con-

Consule præterea Cordis, quòd pars affecta est, natura, hęc omnia fore odorata decet, cum sint illi talia pergrata, & ipsum nõ modice consolentur, ac spiritus foueant.

An uerò sana integraque sint hæc consilia si quæ nostra in facultate medendi primates scripsere viderimus, cognoscemus: quãdoquidẽ uoluit Gal. tale prorsus obseruandum consilium, quia & experientia, & ratione illi foret compertum: nam quę sibi ea in pestilẽtia occurrebant humidiora corpora, uiribus omnibus exsiccabat, siccaque conseruabat, & excrementosa euacuationibus sanabat, perspirabilia, cutis relaxatione, ac eiusdem foraminum apertione reddendo, quod hæc ad euentilationem libera nouisset, id quod etiam ab Auicenna nobis est paucis relictum, cum summam huius curationis in exiccatione esse, ac excrementorum euacuationibus uoluerit. Reliquum ergo est ut salubria hęc consilia, quantum in nobis est, executioni mandare doceamus, ab humorum multitudinis euacuatione exorsi, quod hęc uenarum orificia, & cutis meatus claudat, subiectumque quo putredo illa maxima, ab extrinseco excipitur, sit: nam

1. de diff. febr. 4.

1. 4. tr. ... cap. 4.

nam his duobus è corporibus extirpatis incommodis nulla proculdubio hac de ęgritudine superererit suspicio.

At quoniam per venæ sectionem, per sedem, per lotia sudoresque ac vomitũ, hanc euacuationem moliri consueuimus, uideamus, quo horum modorum sit id absoluendum, & ut breui agamus quia hic morbus peracutus est, ac uehemẽtissimus, si potissimũ humores à sanguinis natura haud multũ recesserint lenita de more aluo sanguinẽ mittemus quia à Ruffo, Gal. ac Auicenna, quibus Paulus, & Aetius subscribũt ita fiebat. Nec nobis parit negotium, quòd clarissimi quidam uiri cum uulgo, autumauere, qui adeò magnam stoliditatem incurrunt ne cuipiam uelint phlebotomiam fieri: quinimo, si ea facta in cuti superueniãt papulę, aut anthraces eo de ægroto iactam aleam prędicant. Rationes, quibus isti huic aduersantur operationi duæ sunt, vna ab Hip. desumpta, qui uideatur hortari, ut bene agentem naturam imitemur, ac si oporteat iuuemus: At in peste ferè semper, aut Anthraces oriuntur, vel efflorescunt papulæ, quarę natura bene agere uidetur, quia no-

Apho 23. pra. mi. li.

nobilioribus à membris ad ignobile nimirum ad cutim, hos adeò exitiales humores protrudat, At si secuerimus venam huic naturæ & actioni erimus impedimento, imo materiam hanc si isthuc moueatur ad nobiles,& præcipuas partes retrahemus cũ secta uena nequeant humores, qui in extremo corporis ambitu sũt,educi,nisi magnas ad uenas, quæ viscera percurrunt retrahantur,quod periculosum meritò existimant:

Alterum fundamentum ex Hipp. Galenoq; depromitur, qui in facienda sectione uenę uoluerunt virium robor, non solum in pręsentia,sed qđ post hac sit perseueraturũ,ob ea quæ de pueris habentur,opus esse: At in hoc affectu,ut perpulchrè ostendunt pulsus, qui citisime exiles,ac valde debiles fiunt, statim concidũt uires,quapropter vena, haud secanda uenit ne uiribus fundamentum,quo citra dubium morbi malitiæ occurritur,nempe sanguis subripiatur. 2.de rat ac.19.in cur.rat sect. ue pi.19

Quia verò quod verum est his contrarium existimamus,primum fundamẽtis respondere uolumus, quo commodius postea sanguinem natura huius rei duce extrahendum monstremus. Ad primum igitur dicimus, quòd si uenæ sectio,ut fieri debet

exercea

exerceatur,nulli erit naturæ impediméto; quandoquidem a morbi principio,quo eã facere debemus natura nondum hos ad cutim propellit humores; quinimo id commodi assequemur,quia diminuta materierum multitudine quod reliquum erit facilius, quò uolet protrudet. Demus ad hæc iam operatam naturam,si nolint isti, tunc mittendum sanguinem, decipiuntur,quia &si apparentibus papulis id faciendum,nõ iudicemus, potest tamen fieri si an trhaces superuenerint, licet materia hos faciés longè alia, qua papulæ in cuti oriuntur,sit deterior,hoc enim in casu possumus auctore Gal.sanguinem extrahere, quia fortè adeo sint crassi humores, aut imflãmata in parte imbibiti,ne posint (licet trahãtur)ad partes interiores recurrere. At papulis apparẽtibus,ne materia has gignens præ sua tenuitate ad interiora recurrat,id nõ facerẽ,imo ad exteriora,affixis cucurbitulis habita ægrotantis corporis ratione,attraherem, ut quod iam cuti subiacet, ac ad eam in motu est, educatur, id quod docent faciendum quibus fert animus huiusmodi præesse curationi,dum Carbunculis incisis mangnã, ual-

1 Mete. 10

valdeque ignitam cucurbitulam admouet,
aut non caſtrati galli uiui ſedem, uel para-
tum aliud radice ſcabioſæ, verticilatiue
ranunculi, aut coctis cæpis cataplaſma;
quibus hoc fracto tumore materiæ in eo
exiſtenti ad exeundum pateat aditus, ac
quæ vicinis adhuc eſt in partibus, aut in
interioribus poſt factam uenæ ſectionem
extrahatur. Nec dicendum, quòd ſympto-
maticè hîc agat natura, & hanc ob cauſam
nos ipſi hoc iure non debere eſſe ſuffragio,
quia uideatur Galenus tali in euentu id fa *De ra. cu- ra. per ue*
ciendum non ſenſiſſe, at quidem ſi criticè *Sect. adue.*
agat. Porrò exiſtimauerim naturam criticè *Eraſiſt.* 4.
ferè agere, cum quod melius eſt operatur
nobilioribus è partibus materias ad ignobi
les mandando, ut his apparentibus cutis
efflorefcentijs efficitur, tunc enim illi om-
nino auxilio debemus eſſe. Quòd uerò
ita natura benè agat, Sileni caſus docet, qui 3. *in* 1 *de. h*
in nona nō perijt, ut omnia innuebāt ſym *mor.* 19.
ptomata, quia propulſata octauo die mate
ria ad cutim, qua in eà papulæ frequentes
ortæ ſunt, non mediocriter fuerit adiutus.
Quapropter tunc naturam iuuemus opor
tet. Quod ſi adhuc ſit id falſum, ſunt omni

nò

no reprehendēdi Hipp.&Gal.qui in Pleuritide aſcendente ad clauiculam dolore ſecandam in brachio uenam docent, & purgandum per ſedem ſi idem ad hypochondria uergat,quia naturæ motum ſequi uelint,qui ſymptomaticus,ut opinamur eſt, at quia duo hi authores,ut etiam experientia docet,id ita operari monſtrarunt, bene agenti naturæ auxiliari licet, prçſertim dicto modo,dum hoc in affectu ad cutim pro truditur humor,quò papulæ fiunt. Ad alterum horum fundamentum dicēdum exiſtimamus,quod nullo a medico & præſertim hoc adhibito remedio omnes facultates,quæ à principio ſunt robuſtæ ſæuiente poſt hac morbo proſternētur, qua propter ſuccumbet æger. At extracta per phlebotomiam morbifica cauſa, ſaltē maiori ex parte,aut ceſſabit affectus aut imbecillis tantū reddetur,ne quod timemus,poſsit adeſſe, periculum.

Cum itaque nulla hæc fundamēta ſint, probandum uenit quòd ſanguinem mittere oporteat primum quidem, quia ſit hic morbus inter putridos cōnumerandus quibus commune remedium ſanguinis miſsionem

nem eſſe refert Galenus. Secundò ex Hippo 11. Meth
crate ubi acutis, ac uehemẽtiſsimis in mor 4 de ra
bis ſanguinem mittere hortatur, quare cũ in acu. 19
is, de quo agitur, aliorum omnium ſit acu-
tiſsimus, eſt à ſanguinis miſsione eius ineũ-
da curatio, quod apertius multò idem Ga- 1 in .3 e
lenus mõſtrat cum Critonis euentum com vulg. mor
mentatur, qui maxima afficitur admiratio- 26.
ne, quia Critoni ſanguinem non miſerit
aut ſaltem ſi miſsus ſit, eius nõ meminerit
id quod mea ſententia nõ incurriſſet Gale
nus, ſi hoc in ægritudinis genere ſit præte-
reunda ſanguinis detractio, & ideo cũ ſan-
guis tutò mitti poſsit, id inter morbi initia
uenit præſtandum, quia id facere ſit moue-
re corpus, quod eo morbi tempore facien-
dum ſuaſit Hippocrates præterea quia poſt 2. apho 3
hac multa ſuperueniãt, quæ poſſunt, ne id
fiat, prohibere, qualia ſunt dictæ Pimphy-
ges, colliquatiui fluxus, uiriũque imbecilli
tas, quorum à principio, uel nullum, uel ra
rò adeſt. Vnum tamen præcæteris omnibus
habitis eſt animaduertendum ex Gal. quòd 4. de tue
hæc omnia ſunt perpẽdenda vbi, uel nihil, val. cap.
uel parum à ſanguinis natura putreſcentes
humores recedũt, quia ſi alii ab his fuerint

 euacuan-

euacuandi ſucci:alia eſt de euacuatione habendus ſermo, nempe de purgatione, qua nobis eiſdem eſt ſcopis inuigilandum, quibus ſanguinis miſsione incũbebamus. Ideo de hac iam agamus: Illud in primis uiſuri, quod ualde ſollicitos, quam plures doctiſsimos uiros habuit: nunquid hæc ſit purgantibus medicinis obeunda euacuatio. Quatuor ſunt rationes, quæ id non faciendum monſtrant, quarum prima pharmacorum à natura depromitur, nam vt inductione perfacilè monſtraretur omnia hæc medicamenta quid habent veneno ſi, & ipſa ægritudo ex veneno ferè eſt, quapropter illis aſſumptis uenenum ueneno adderetur, ob quod multò citius periret æger.

Deinde hoc abhorrendum eſſe oſtendit alia horum facultas, qua plurimum calefacere poſſunt porrò febrilem caliditatem non parum intenderent, & id eò magis præſtarent, quia humores ab illis non modicè exagitentur. Eadem medicamenta fugienda docent noſtri corporis omnes motrices facultates, quia ab his adeò conculcentur, ne poſsint deinde morbi malitiam ſupe-

ſuperare quinimo ut id facilius præſtetur, efficiunt.

Idem cõſulit huius affectus eſſentia, putredo quippe excellentiſsima, quæ primũ uel in humoribus, uel in ſubſtantia cordis eſt, in reliquoq; totius corporis ambitu, quæ ad cor proculdubio attraheretur, quod totis neruis debet euitari. His ergo monſtratum crediderim purgantia pharmaca, oportuna non fore, ubi peſte affectos euacuaturi ſumus.

Eſt autem contrarium, tum experientia tum ratione impropatulo, quia uideamus omnes, qui huiſmodi præſunt curationibus, eas ſanguinis miſsione, ac purgatione ſtatim inire, quod Patauij frequentiſsimè factum, & fœlici ſatis euentu uidimus, id quod etiam ſuperiori anno fieri intelligebamus, niſi fortè, quæ nuper ſanguinis miſsionem fieri non patiebantur, adſint: quia eadem ratione nobis id molituris impedimento exiſtunt. Idem faciendum à rei natura hortamur, quoniam corpus, quod ab extrinſeco hanc anhelitu, arterijs, ac uniuerſa cuti attrahit putredinem, niſi ualde excrementoſum ſit numquam à peſte af

ficietur, quia in corpore non adsit, quò suscipi illa posit, solidæ enim partes, ac temperati humores eam non admittunt, & eò magis, si arte nostra nimirùm medicamentis, hoc putredinis fundamentum extrahetur. Et hinc vulgare admodú problema obiter soluatur, quòd videlicet, qui à peste conualuerunt, uix eadem afficiantur, quia cum oporteat omnia excrementa euacuata esse, si conualescere debuerunt, ut ratio, & partim experientia docent, nó possunt iterum extrinseca alia putredine aduenien te laborare, quia non adsit intra corpus, in quo posit illa suas mittere radices: quòd si tales adeò malè uiuant, ut statim postquàm conualuerint, alios copiosos congerant humores, qui præsertim sint corruptioni obnoxij proculdubiò iterum hanc inccurrent ægritudinem, Quę omnia Gal. ad unguem docuit, dum pestilentis omnis febris initium inde maximè esse uoluit, quoniã sint in corpore, ex mala eius dispositione, victusque ratione quamplures cor ruptioni præsertim expositi, coaceruati humores. Quòd si cuppiam difficultatẽ pariant hæc verba, quia à Gal. potius videan-

de diff. r.4.

deantur ad præseruandi ratioñe monstran dam prolata, quàm pro curatione, cum de inchoante tali constitutione loquatur, & ideo nostrum hæc non facere ad propositum: legat is Galenum, quia simili prorsus rationenobis procedendum esse inueniet, dũ curamus et præseruare studemus. *ibid.* 27 *2. apho. De ra. ra. per Sec. 7. c 4. Meth*

Cum igitur omnia hæc medicinis purgantibus ad euacuanda, quæ peste laborãt, corpora, nos uti posse aperiãt, quò uberius huic insistatur ueritati contraria soluamus fundamenta.

Primum itaque cesset, quia nunquam, quę insigniter purgant medicinę ab Hippocrate docti solas exhibeamus, sed alijs, quibus, quod hijs est uenenosi corrigatur permixtas. Addamus quòd memoriæ nostræ excellentioribus medicis sunt inuẽta, & dantur, quæ hoc periculo vacant. *de ra. acu. 11.*

Sit etiam secundo satisfactum hunc in modum argumento, & altera etiam ratione, quòd quippe his à medicinis extractis humoribus, quibus caliditas hæc, & maxima putredo fouetur, aut exiles postea erũt, aut quæ leui negotio nobis superabuntur, quia, vnde queant foueri, non habeant.

nam his duobus è corporibus extirpatis incommodis nulla proculdubio hac de ęgritudine supererit suspicio.

At quoniam per venæ sectionem, per sedem, per lotia sudoresque ac vomitū, hanc euacuationem moliri consueuimus, uideamus, quo horum modorum sit id absoluendum, & ut breui agamus quia hic morbus peracutus est, ac uehemētissimus, si potissimū humores à sanguinis natura haud multū recesserint lenita de more aluo sanguinē mittemus quia à Ruffo, Gal. ac Auicenna, quibus Paulus, & Aetius subscribūt ita fiebat. Nec nobis parit negotium, quòd clarissimi quidam uiri cum uulgo, autumauere, qui adeò magnam stoliditatem incurrunt ne cuipiam uelint phlebotomiam fieri: quinimo, si ea facta in cuti superueniāt papulę, aut anthraces eo de ægroto iactam aleam prędicant. Rationes, quibus isti huic aduersantur operationi duæ sunt, vna ab Hip. desumpta, qui uideatur hortari, ut bene agentem naturam imitemur, ac si oporteat iuuemus: At in peste ferè semper, aut Anthraces oriuntur, vel efflorescunt papulæ, quare natura bene agere uidetur, quia no-

Apho 23. ra. mi. li.

nobilioribus à membris ad ignobile nimirum ad cutim, hos adeò exitiales humores protrudat, At si secuerimus venam huic naturæ & actioni erimus impedimento, imo materiam hanc si isthuc moueatur ad nobiles, & præcipuas partes retrahemus cú secta uena nequeant humores, qui in extremo corporis ambitu sūt, educi, nisi magnas ad uenas, quæ viscera percurrunt retrahantur, quod periculosum meritò existimant.

Alterum fundamentum ex Hipp. Galenoq; depromitur, qui in facienda sectione uenę uoluerunt virium robor, non solum in pręsentia, sed qđ post hac sit perseueraturū, ob ea quæ de pueris habentur, opus esse: At in hoc affectu, ut perpulchrè ostendunt pulsus, qui citissime exiles, ac valde debiles fiunt, statim concidūt uires, quapropter vena, haud secanda uenit ne uiribus fundamentum, quo citra dubium morbi malitiæ occurritur, nempe sanguis subripiatur.

2. de rat. vi ac. 19. in a cur. rat. pe sect. ue. c pi. 19

Quia verò quod verum est his contrarium existimamus, primum fundamētis respondere uolumus, quo commodius postea sanguinem natura huius rei duce extrahendum monstremus. Ad primum igitur dicimus, quòd si uenæ sectio, ut fieri debet

exercea

exerceatur, nulli erit naturæ impedimẽto; quandoquidem a morbi principio, quo eã facere debemus natura nondum hos ad cutim propellit humores; quinimo id commodi assequemur, quia diminuta materierum multitudine quod reliquum erit facilius, quò uolet protrudet. Demus ad hæc iam operatam naturam, si nolint isti, tunc mittendum sanguinem, decipiuntur, quia & si apparentibus papulis id faciendum, nõ iudicemus, potest tamen fieri si antrhaces superuenerint, licet materia hos faciẽs longè alia, qua papulæ in cuti oriuntur, sit deterior, hoc enim in casu possumus auctore
4. Mete. 10 Gal. sanguinem extrahere, quia fortè adeo sint crassi humores, aut imflãmata in parte imbibiti, ne possint (licet trahãtur) ad partes interiores recurrere. At papulis apparẽtibus, ne materia has gignens præ sua tenuitate ad interiora recurrat, id nõ facerẽ, imo ad exteriora, affixis cucurbitulis habita ægrotantis corporis ratione, attraherem, ut quod iam cuti subiacet, ac ad eam in motu est, educatur, id quod docent faciendum quibus fert animus huiusmodi præesse curationi, dum Carbunculis incisis mangnã,
ual-

valdeque ignitam cucurbitulam admouet, aut non castrati galli uiui sedem, uel paratum aliud radice scabiosæ, verticilatiue ranunculi, aut coctis cæpis cataplasma, quibus hoc fracto tumore materiæ in eo existenti ad exeundum pateat aditus, ac quæ vicinis adhuc est in partibus, aut in interioribus post factam uenæ sectionem extrahatur. Nec dicendum, quòd symptomaticè hîc agat natura, & hanc ob causam nos ipsi hoc iure non debere esse suffragio, quia uideatur Galenus tali in euentu id faciendum non sensisse, at quidem si criticè agat. Porrò existimauerim naturam criticè ferè agere, cum quod melius est operatur nobilioribus è partibus materias ad ignobiles mandando, ut his apparentibus cutis efflorescentijs efficitur, tunc enim illi omnino auxilio debemus esse. Quòd uerò ita natura benè agat, Sileni casus docet, qui in nona nō perijt, ut omnia innuebāt symptomata, quia propulsata octauo die materia ad cutim, qua in eā papulæ frequentes ortæ sunt, non mediocriter fuerit adiutus. Quapropter tunc naturam iuuemus oportet. Quod si adhuc sit id falsum, sunt omni

De ra. cura. per ue Sect. adue. Erasist. 4.

3. in 1 de. morb. 19.

nò

e ra. uijn c 15.

no reprehendēdi Hipp.&Gal.qui in Pleuritide ascendente ad clauiculam dolore secandam in brachio uenam docent, & purgandum per sedem si idem ad hypochondria uergat,quia naturæ motum sequi uelint,qui symptomaticus,ut opinamur est, at quia duo hi authores,ut etiam experientia docet,id ita operari monstrarunt, bene agenti naturæ auxiliari licet, præsertim dicto modo,dum hoc in affectu ad cutim pro truditur humor,quò papulæ fiunt. Ad alterum horum fundamentum dicēdum existimamus,quod nullo a medico & præsertim hoc adhibito remedio omnes facultates,quæ à principio sunt robustæ sæuiente post hac morbo prosternētur, qua propter succumbet æger. At extracta per phlebotomiam morbifica causa, saltē maiori ex parte,aut cessabit affectus aut imbecillis tantū reddetur,ne quod timemus,posit adesse, periculum.

Cum itaque nulla hæc fundaméta sint, probandum uenit quòd sanguinem mittere oporteat primum quidem, quia sit hic morbus inter putridos cōnumerandus quibus commune remedium sanguinis missionem

nem

nem esse refert Galenus. Secundò ex Hippocrate ubi acutis, ac uehemẽtissimis in morbis sanguinem mittere hortatur, quare cũ is, de quo agitur, aliorum omnium sit acutissimus, est à sanguinis missione eius ineũda curatio, quod apertius multò idem Galenus mõstrat cum Critonis euentum commentatur, qui maxima afficitur admiratione, quia Critoni sanguinem non miserit, aut saltem si missus sit, eius nõ meminerit id quod mea sententia nõ incurrisset Galenus, si hoc in ægritudinis genere sit prætereunda sanguinis detractio, & ideo cũ sanguis tutò mitti posit, id inter morbi initia uenit præstandum, quia id facere sit mouere corpus, quod eo morbi tempore faciendum suasit Hippocrates præterea quia post hac multa superueniãt, quæ possunt, ne id fiat, prohibere, qualia sunt dictæ Pimphyges, colliquatiui fluxus, uiriũque imbecillitas, quorum à principio, uel nullum, uel rarò adest. Vnum tamen præcæteris omnibus habitis est animaduertendum ex Gal. quòd hæc omnia sunt perpẽdenda vbi, uel nihil, uel parum à sanguinis natura putrescentes humores recedũt, quia si alii ab his fuerint

11. Meth. 4 de ra. in acu. 1

1 in .3 uulg. mo. 26.

2. apho. 3

4. de tue val. cap.

D euacuan-

euacuandi ſucci:alia eſt de euacuatione ha bendus ſermo, nempe de purgatione, qua nobis eiſdem eſt ſcopis inuigilandum, qui bus ſanguinis miſsione incūbebamus. Ideo de hac iam agamus: Illud in primis ui-ſuri, quod ualde ſollicitos, quam plu-res doctiſsimos uiros habuit: nunquid hæc ſit purgantibus medicinis obeunda e-uacuatio. Quatuor ſunt rationes, quæ id non faciendum monſtrant, quarum prima pharmacorum à natura depromitur, nam vt inductione perfacilè monſtraretur o-mnia hæc medicamenta quid habent vene noſi, & ipſa ægritudo ex veneno ferè eſt, quapropter illis aſſumptis uenenum uene no adderetur, ob quod multò citius peri-ret æger.

Deinde hoc abhorrendum eſſe oſtendit alia horum facultas, qua plurimum calefa cere poſſunt porrò febrilem caliditatem non parum intenderent, & id eò magis præſtarent, quia humores ab illis non mo dicè exagitentur. Eadem medicamenta fu gienda docent noſtri corporis omnes mo-trices facultates, quia ab his adeò concul-centur, ne poſsint deinde morbi malitiam ſupe-

ſuperare quinimo ut id facilius præſtetur, efficiunt.

Idem cōſulit huius affectus eſſentia, putredo quippe excellentiſsima, quæ primū uel in humoribus, uel in ſubſtantia cordis eſt, in reliquoque totius corporis ambitu, quæ ad cor proculdubio attraheretur, quod totis neruis debet euitari. His ergo monſtratum crediderim purgantia pharmaca, oportuna non fore, ubi peſte affectos euacuaturi ſumus.

Eſt autem contrarium, tum experientia tum ratione impropatulo, quia uideamus omnes, qui huiſmodi præſunt curationibus, eas ſanguinis miſsione, ac purgatione ſtatim inire, quod Patauij frequentiſsimè factum, & fœlici ſatis euentu uidimus, id quod etiam ſuperiori anno fieri intelligebamus, niſi fortè, quæ nuper ſanguinis miſsionem fieri non patiebantur, adſint: quia eadem ratione nobis id molituris impedimento exiſtunt. Idem faciendum à rei natura hortamur, quoniam corpus, quod ab extrinſeco hanc anhelitu, arterijs, ac uniuerſa cuti attrahit putredinem, niſi ualde excrementoſum ſit numquam à peſte af

ficietur, quia in corpore non adsit, quò su scipi illa posit, solidæ enim partes, ac temperati humores eam non admittunt, & eò magis, si arte nostra nimirùm medicamentis, hoc putredinis fundamentum extrahetur. Et hinc vulgare admodũ problema obiter soluatur, quòd videlicet, qui à peste conualuerunt, uix eadem afficiantur, quia cum oporteat omnia excrementa euacuata esse, si conualescere debuerunt, ut ratio, & partim experientia docent, nõ possunt iterum extrinseca alia putredine aduenien te laborare, quia non adsit intra corpus, in quo posit illa suas mittere radices: quòd si tales adeò malè uiuant, ut statim postquàm conualuerint, alios copiosos congerant humores, qui præsertim sint corruptioni obnoxij proculdubiò iterum hanc inccurrent ægritudinem, Quę omnia Gal. ad unguem docuit, dum pestilentis omnis febris initium inde maximè esse uoluit, quoniã sint in corpore, ex mala eius dispositione, victusque ratione quamplures corruptioni præsertim expositi, coaceruati humores. Quòd si cuppiam difficultatẽ pariant hæc verba, quia à Gal. potius vi-

de dif. f. r. 4.

dean-

deantur ad præseruandi rationẽ monstran dam prolata, quàm pro curatione, cum de inchoante tali constitutione loquatur, & ideo nostrum hæc non facere ad propositum: legat is Galenum, quia simili prorsus rationenobis procedendum esse inueniet, dũ curamus et præseruare studemus. ibid. 27 2. apho. De ra. ra. per Sec.7.c. 4.Meth.

Cum igitur omnia hæc medicinis purgantibus ad euacuanda, quæ peste laborãt, corpora, nos uti posse aperiãt, quò uberius huic insistatur ueritati contraria soluamus fundamenta.

Primum itaque cesset, quia nunquam, quę insigniter purgant medicinę, ab Hippocrate docti solas exhibeamus, sed alijs, quibus, quod hijs est uenenosi corrigatur permixtas. Addamus quòd memoriæ nostræ excellentioribus medicis sunt inuẽta, & dantur, quæ hoc periculo vacant. de ra. acu. II.

Sit etiam secundo satisfactum hunc inmodum argumento, & altera etiam ratione, quòd quippe his à medicinis extractis humoribus, quibus caliditas hæc, & maxima putredo fouetur, aut exiles postea erũt, aut quæ leui negotio nobis superabuntur, quia, vnde queant foueri, non habeant.

Ad tertium dicatur, quòd nisi, qui iam putres sunt, aut ad putredinem parati euacuentur humores, hac corruptione maiori continuò perseuerante uires procul dubio titubabunt, ac dilabentur, non autem fomite hoc ex corporibus extracto, & hanc ob rem cũ certius alteri debeat semper præferri, his tutò agere possumus pharmacis, & eo magis, quia illis utamur, quibus nulla facultatum insit, qua tantum noxæ viribus afferratur.

Nec ab opere hoc desistendum est, quia sciamus toto à corpore sic nobis agẽtibus putrefactos attrahi humores, quoniam licet id omninò aufugere non posſimus, nocumentum tamen tantum duntaxat erit, quod commode à corporis facultatibus vincetur, ea potisſimum ratione: quia fomentum, quo diu & plurimum erat hæc putredo in corpore perseueratura sit extractum. Cum ergo hortetur experientia, suadeatque ratio ut hac in eminentisſima ęgritudine valdè purgantia pharmaca nõ exhibeantur, sed quæ mitius agũt, nihilque sit, quod contra indicet: iam has medicinas à Ruffo exorsi particulatim tractemus, cui

fuere

fuere in uſu, & poſtea reliquis græcis, ac omnibus Arabibus pillulæ quædam, quæ cõmunes ac contra peſtem uulgo nuncupantur uel de tribus, quia una croci myrrhæq; parte, & duabus aloes cum aromatico vino parentur. Id tamen notandum cenſeo quòd medicamentum iſtud pro excellenti ipſum ingredientium ſimplicium medicamentorum caliditate congruum magis eſt in nundum correptis à febre, quia ea præſente frigidiora, quorum magna eſt ſylua potius conueniant, ſi præterea poſsint ſimul exiccare ac humorum multitudinem minuere, cordique aliquid roboris addere. Et ideo ſyrupus roſatus ſol. ſim. uenit exhibendus primum quia ſemiputres has materias educat, & quæ ſuperſunt refrigeret, affectumque uiſcus præ ſua adſtringenti facultate roboret, demũque occulta quadam vi cor ipſum afficiat, cum recẽtiorum auctoritate roſarum ſuccus mirificè agat in cordis palpitationem, ſua exicandi dote circa cor exiſtentem humiditatẽ abſumendo & ideo etiam earundem infuſio.

Tamarindorum etiam pulpa vel in bollo uel aliquo congruo dilutæ liquore opor-

tunc dabitur, quia mox dicta præstet, cùm dicat Galenus acida omnia in peste, ut inferius ostendemus, conuenire.

simp. 7. de alim. c. 21.

Eadem forent in classe Cassia, Mannaque & similia nisi plus quàm morbi huius expostulet natura, humectarent, Quò verò id ab illis auferatur cum Tamarindorum pulpa poterunt assumi. Si uerò hæc sint diluenda, congruum satis decoctum paretur ex Tamarindis, ac tantundem prunorũ, floribusque uiolarũ, buglossæ, ac boraginis qui cordiales communi ore dicuntur, quæ omnia in aquis, oxalidis scabiosæ boraginisque lento igne decoquantur.

Talia itaque sunt leuia pharmaca, quibus hic uti tutò consueuere ueteres, & neoterici medici. At chyurgi quidam alia, quæ fortissima sunt dare non uerẽtur, quibus, & uomitu, & per sedem copiosissimè purgẽt, ut omne putrefactioni subiectum arripiant, quale esset tantillum præparati Antimonii.

Verum ego, quod de his afferam, nil habeo, nisi posse talia his exhiberi, qui maximã uiolentiam tollerare queunt, nam uidimus interdum hac purgatione liberatos, quatuor

quatuor & sæpe pluribus mensibus uires non recúperasse. Quapropter tutioré mul tò crediderim priorum medicamentorum esse usum, quæ perpauca proposuimus, tū quia ubique hæc posśint haberi, tum quòd diuinū Hippocratē ac Gal. imitari uoluerimus, qui ubi hac de re loquūtur nulla ferè præscripsere, quòd noluerint ulla pharmaca, aut seipsos uituperare, quia morbus hic quę sua est excellētisśima sæuities nulli, aut rarò remedio obediat.

Tempus, quo auctore Hippocrate hæc exhibenda sunt, cuiuslibet ægritudins principiū est, & huius potisśimū, quia tunc nec uirium adsit debilitas, nec alui quodpiam profluuium, aut cutis papulæ, quibus post hac, quominus id agamus, insurgit impediens, id quod etiam materia, quę nunc medicinis citra quamque difficultatem est paritura, faciūdum suadet. Porrò hactenus nulla est in parte absorpta, quinimò turget, cū suam ob malitiā partibus omnibus sit molesta, quę adhuc robusta hinc indè depellūt, id quod clarisśimè ex lotijs innotescit, quæ in substātia, in colore, ac contentis, penes locū, quem humores in corpore occu

pant

pant repentinas patiuntur mutationes. Si enim in uenis materiæ istæ fuerint, crassæ sunt vrinæ,&subiugales,non autem ubi caput petijerint. Idem ostendit symptomatum variatio,quia núc doleat caput,postea magis Hyppocondria,quia locum materię successiue diuersum occupét. Idem postremo ellucescat, quia temporis successu, ac morbi,generatur phrenitis, aut Iecoris inflammatio,aut lienis uel quidpiam aliud simile morbi genus,penes locum in quo turgens hæc materia decombit.Hoc patefacto tempore de aliis agendú est medicamentis quibus,qui núdú sunt euacuati humores a putredine uídicemus.Talia sint oportet frigida,ac exiccantia,&tenuiú partiú,quibus crassis succis infarcta parua uenarú oriffitia aperiantur, atq; demú adstringétia pro visceris laborantis conseruatione. Quãobrem omnia, quæ ex aceto, aut re simili parantur medicamenta plurimum extollenda crediderim, syrupum quippè acetosum simpl.de succo,limonum ex omphacio,ná et is, auctore Gal. acidus est, & de citri acetositate, ac demum oxizacaram: præ cæteris verò syrupum ex citri acetositate

impli. .12.

comen-

comendare non dubitauerim, cum præter dictas omnes facultates quibus omninò pollet, omnia posit,quę cor ducũt in pernitiem,venena superare. Et eò magis si tertium, in quo hęc nostra exercetur ars, victusquippè rationem optimè præscripserimus, cum præsertim non nulla in rebus non naturalibus cumpręhendantur, quæ parui facienda non sunt, inter quas præcipuè aer est omnibus necessario attrahendus, qui si se ritè habeat medicaméti tenet vices,veneni verò si non corrigatur. Vt verò primum præstet eum frigidum fore, ac simul siccum oportet, aut saltem siccum, à rei natura,quæ in putredine excellentissima existit,desumpto consilio, quoniam his potissimum duabus qualitatibus arceatur, & ideo sitalis non fuerit ignibus accensis is efficiatur, ut auctore Gale. Hipp. uisum est, quia quę in eo est humiditas, qua putredinosus efficitur poterit e iccari:quia verò hoc perdifficile est,& nõ paucis in locis impossibile,aer qui tota in domo est, aut saltem inthalamo præparetur factis ex frigidis rebus, siccisq;, aut (si hęc desint) ex calidis et siccis, verum odoratis suffu

de the. ... pis.cap.x...

suffumigijs, lecti, ac parietum thalami inspersionibus, accensisq; odoratis ex lignis, quò etiam cordi satisfiat, ignibus. Sandali omnes, Rosarum folia, rosacea aqua, & Nenufaris, & similia, quorum magna est copia, ac præsertim acetum rosatum, ad hæc omnia valde commoda existimantur. Alia sunt & non pauca, quæ licet calidita-te sint prędita, optima tamen sunt, quia pu tredinis potiorem causam, quæ humiditas est, absumant. Cinamomum ergo, Gariofi li, nux muscata, odoratus iuncus, indica nardus, calamus aromaticus, Iuniperi gra-na, Styrax, et similia, quæ ferè innumera sunt, id præstabunt. &eò minus horum no bis debet esse suspecta caliditas, quòd refri gerantibus permisceantur, atque prætcrea quia extra corpus ad aerem duntaxat ambi entem exsiccandum exerceantur. Paretur itaque suffumigium ex sandalorum omniũ. dra. iij. Rosarum. p. i. cinamomi, nucis muscatæ, Galiæ muscatę, Gariofilorum añ. scrup. i. quæ omnia in terreo vase stricti orificij reponentur, insperso prius aquæ ro saceę chyato vno, vel duobus, ac rosacei acè ti portione, quæ deinde accenso in medio

thala-

thalamo igne ſimul lentè ebuliant,quia ex his vapores exibunt in aerē, qui medicinæ potius munere fungetur. Idem prꝙſtabitur ſi thalami parietes, ſolum,cubileq;,ac eius pauimentum hoc irrorentur liquore, vel floribus, folijs, aut ramis, quæ dictis ſint prædita facultatibus: eadem ornentur nimirum roſarum floribus,Nenufaris,ac violarum,folijs vitis, Plantaginis, Acetoſæ,& alijs ſimilibus, & Salicis ramis, eiuſque præſertim, qui in fluminum rippis, ſabuloſiſque, & glareoſis alueis naſcuntur,quibus omnibus maximo erit iuuamento ſi Septentrionem verſus thalamum eligatur: hoc tamen animaduerſo, ne ægrotantis corpus nudum hoc aere feriatur. Plurimū ad hæc vtilitatis aſſequemur, ſi Pomum dictis ſimplicibus parauerimus cōtinuè naribus admouendum, aut infuſam eo in decocto ſpongiam, quæ pari ratione odoretur,applicuerimus. Si ad hæc accendantur ex odoratis lignis iuniperi,lauri, & ſimilium ignes,cordi gratus aer, ac exiccans reddetur, ſi potiſsimum his,aliquid bene olēs vt ſtoracis pauxillū,Thuris,ac myrrhæ &huius claſsis aliorum ſuper infundantur.

Euenti-

Euentilationem, si uniuersus ambiens aer putredinosus sit, non laudauerim, ne qui nostra est iã paratus industria, ab alio, qui theter omnino est per fenestras thalamum ingrediente depellatur, quod tamen faciendum existimo, si quis altero ex peregrino cõtactu peste laboret, quia qui tunc in thalamo est, aer putredinem incurrit. Qui autem apertis fenestris salubris ingreditur iam infectum expellit, quo tutius ibi deget æger.

De cibis, ac potu tractaturi grauissima à difficultate inchoemus, quæ hominum maximum numerum necauit, cum nostra hęc ad tẽpora vsque medicos omnes adeò defatigauerit, ut ex malè intellectis Gale. & Auicenna, voluerint hac ægritudine affectos vberius alendos non sine laborantiũ maximo discrimine. Et quia hi, præter horũ medicorum auctoritatem ratione etiam mouebantur: illam ne cuippiam post hac faciat negocium, videamus? ac dictum ab illis excelletissimis viris perpendamus. Ratio itaq; est, quòd vbi præsentes, ac futuræ vires plurimum dilabũtur (quod in hoc maximè morborum omnium contingit) est

est copiosiori opus alimento, quo viribus conseruandis respondeatur. Est Auicennæ auctoritas, quæ Hipp. & Gal. prius fuit, quod huiusmodi laborantes, vt comedant, cogendi sunt, quoniam qui in hoc viriliores sunt, euadunt. Et quia duo hæc fundamenta alia quatuor, quæ sunt Hipp. & Gal. habent in contrarium non approbantur. Inquit primùm Hippo. extremis in morbis, cuius classis hic fortè primis est, tenuissimo vti victu oportere, qualis non est, qui paulò sit plenior. Asserebat deinde idem Hippocr. non pura corpora quanto magis nutries, eò magis lædes, At peste affecta corpora, ualdè excrementosa sunt, quapropter si copiosius nutriantur maximè læden tur. Referebat tertio in febrium accessionibus, uel circuitibus à cibis abstinendum, ne febris magis augeatur, qua ratione tota hac in febre, ne plus iustò crescat, tantum non est alimenti præscribendum. Postremo desumitur ex Gal. ratio, ubi dicebat Hipp. utero gerentes, acuto corripi a morbo lętha le. Gal. euentus huius referens causam, inquit. Si cibum non damus ex alimenti def fectu fœtum destruemus, si uerò ut hunc ser-

1.4.tr.4.ca pi.4.3.in.3 de vulgar morb.58.

1.aphor.6.

2.apho.11.

6.apho 62 Et.1.aph.11

5. aphor.

ſeruemus, non uerebimur crebrò cibũ exhibere, febres continuas uictu intempeſtiuo augentes matrem occidemus. Ita & nos ſi peſte laborantes uberius nutriuerimus, ad ægri uitę diſcrimen febrem augebimus. Verùm ut hęc ueritas lógè firmior maneat, in contrarium allatum fundamentum ſoluamus, maléque intellectam auctoritatem Auicennæ declaremus. Vires, ut hi ſentiebant, ſunt proculdubio ſeruandæ, at id copioſiori eo alimento non fit, quia à natura hic maximè defeſſa non concoquatur. nam id ſi ſanis in corporibus contingit, quò facilius in peſte affectis eueniet: quamobrem copioſè hos non nutriamus, ſed tantum duntaxat, ne facultates digerendo defatigentur. Ad hæc ſi nouiſſent in quod & Gal. & Auicennæ dictum eſt referendum, hanc in deterrimam hęreſim non incurriſſent: porrò cum inſeparabile ſit ſymptoma in peſte affectis appetitus proſtratio, ut illi occurratur ſunt ægri cogendi ad comedendum, minimè uerò multũ, quia ab Auicēna id prolatum non legimus. Tantum igitur ciborum aſſumatur, quantum poteſt uentriculus non parũ debilitatus concoquere.

Sint

Sint præterea cibi, ut Rasis, ac Auicenna docent, reique huius exoptat forma, qui facilè digerantur, bonumque, ac ficciorem sãguinem procreent, ac si fieri possit, frigidiorem. Sunt talia laudatæ omnes car nes & præsertim contusæ, sorbiliáque oua aut fortè, ne tantum nutriamus, meliora erunt ex eorum iure parata fercula, in quo similiter quæpiam acida sint decocta, vt vua acerba, mali punici grana, aliquid oxalidis, aliquid citri, aut omphacium. Parentur autem ex hordeo, farro, orizza, ex aliquorum sententiá, ac trito vel inciso pa ne, borragineque, si præsertim ea buglossum sit.

In potu affectus hic, & quæ in eo solent superuenire symptomata, phrenitides, fau cium inflãmationes, vlcera, & plura huius generis alia, uinum detestantur, quod ual dè aquosum non sit, ut ex Galeno, bolum Armenũ daturo colligere possumus, cum præsente febre, eam tali uino diluerit: Si prçsertim uires collabi uiderimus, quoniã funditùs collapsis nulli supersit remedio locus; erit.n.illis tãtillo uini succurrendũ. quò autem tutius agamus bibẽdam demus

9. simpl. med. vbi c[...] sania te[...] ra agit.

ex hordeo paratam aquam, modica unius ex dictis superius syrupis illi permixta portione, aut alia detur, quæ ex hordeo Tamarindis cordialibúsque floribus, ac prunis sit facta.

De somno ac uigilia, quid certi proferã non habeo, cum interdum sint somno conciliandi, ut quibus calidiores putrescunt succi, & quandoque ab eodem excitandi si pituita sit, quæ putredinem incurrit. Animi quoque accidentia, & ea potissimum, quibus animus noster non oblectatur, sũt aufugienda. Immoderati præterea motus ex superius dictis, sunt prorsus euitandi. His omnibus hac ratione exercitatis peste correptos Christo Duce pristinæ restituemus sanitati.

DE RATIONE PRAESERVANDI À peste.

CVM penè nihil ratio præseruandi à peste, ab ea qua iam illa correptos curare studemus, differat, quia in utraque curatione eadem exerceamus auxilia

lia breui nobis de re hac agendum uenit, nam quæ hîc ſpectant ferè omnia examinata ſunt. Inculpatè ideo uiuant per peſtilentiam homines, quia eam efficientes occaſiones euitabunt, aut quia eaſdem reddent debiliores, atque præterea tantum roboris corpori addent, quòd his cauſis facilè reſiſtent. Nec è nobis hic repetendæ ſunt hæ cauſæ, cum iam abundè ſint expoſitæ, quare ad rem ipſam accedo, qua hæc præſtabuntur.

Et primum aerem accipio qui ſi putredinem ſentiat, dum ſit factu poſsibile, citò longéq; fugiatur, ac lentè repetatur, alio autem in euentu cõtrario duo prorſus procurentur, ut quippè hic aer, ore, arterijs, ac toto corporis ambitu attrahendus ſit correctus. At ſi talis fieri nequeat, ita regantur corpora ne plurimum ex eo attrahere cogantur, quia is modicus tantum duntaxat nocumenti impartietur, ut illi percommodè corporis facultates reſiſtant, cum altera in tractatione faciendi, horum prius ratio ſit oſtenſa; doceamus hoc alterũ præſtandi modum. Et is à tenuiori incipiat victu, ita tamen vt ſenſim (cum ſubitam omnem

nem mutationem non boni consulant uires) ciborum, potúsque copia subtrahatur. Ad hæc moderatum sit exercitium, ne inde supercalefactis magna necessariò fiat, aut velox, ac frequens respiratio, qua plurimum putredinosi inspiretur aeris; qui quoniam integrè numquã euitari potest, euacuatis, vt superius monstrauimus, obnoxijs ad putredinem incurrendam humoribus, pro viribus incumbatur, ne ea edantur alimenta, quæ hos posśint iterum efficere; aut si talia necessariò fuerint maximis in penurijs, longisque in obsidionibus ingesta; corpus iterum expurgetur; Aquam pariter, cui putredinem adesse nouerimus non bibamus, aut si ea opus sit, illi quid aceti, aut omphacij, vel aliorum quidpiam quæ prius proponebantur sit permixtum, vel in qua aliquid cinamomi, gariophyllorũ, & huius generis alterius sit decoctum, quoniam his omnibus eius putredinem coercebimus.

Quòd si huiusmodi putredo peregrino sit ex cõtagio, procurent omnes, quod suũ est, ne res ad se ullæ deferãtur aut contractẽtur ne ùe ædes habitentur, in quibus hanc adesse

adesse, sit suspicio, nec cum hoc morbo laborãtibus vlla sit, admonente Galeno conuersatio, quia his omnibus ita præstitis vitã agemus inculpatam, quod optimè nos docuit his verbis Galenus. Quæcunque munda sunt corpora, quæ superfluitatibus carent, quibusque libera sit omnibus in meatibus spiratio, cum obstructionibus, ac adstrictionibus carent, & exercitia sint moderata, victusque temperatus, vel nihil, aut parum mali persentient. Nec dicendũ, quòd ex Galeno sint hæc prolata ad morbi huius absoluendam curam, non verò ad præseruandum, quia à fortiori dicemus, quòd quę commodè possunt ægros sanitati restituere multò facilius valent hanc imminentem prohibere, quod melius fiet si medicinis fuerimus vsi, quibus, & cordi, & reliquo toti corpori plurimum roboris adhibetur. Quarum prima terra illa est, quæ nobis non amplius ermea, vel Armena nuncupabitur, quod hoc æuo ad nos quam rarò deferatur, in qua legitimæ notæ deprehendantur. putarim tamen hanc haberi nullis prorsus reclamantem notis, quæ nostræ huius in ciuitatis agro pro eximia

1.de diffe feb.2.

1.de diffe feb.4.

Illustris

Illustris Caroli Lucernæ comitis meritissimi, perpetuiq; præfecti nostri diligentia, ac omnibus in metallicis rebus peritia, effoditur quæ Pedemontana dicenda est.

Terram etiam Lemniã in usum reuocare poterimus, si quæ imposturis sit destituta, ad nos trãsportetur. Sunt pręterea oportuna, quæ superius relata sunt alterantia medicamenta, & ad hæc, herba, uulgo, turcha appellata. Pimpinella, Ruta Capraria quæ Onobrichis Diosc. dicitur, Chamędris, Hypericon, herbaque germanis cognita, ac Lucernæ in conualibus Vincetosicum dicta, quæ falsò à nonnullis Apochinos Diosco. appellatur, Cretensis dictamus, ac nostràs, qui pharmacopeis albus nuncupatur, vtraquę Aristolochia, Smyrnij, Angelicę maioris, & Imperatoriæ radix, atq; præsertim anthoræ, quæ nostris monticolis instar miraculi copiosissima extirpatur, quam tamen nõ omnibus laudauerim, ne rudes pro salubri altera nimirum antiqua, quæ uenenum est, ut experientia docet, utantur.

Hæc tenuissimum in puluerem redacta sunt assumenda, aut paratum ex his deco-

ctum

ctum,vel electuarium, aut confectio cum Zaccharo. Theriaca,Mithridatumque sola,aut cum zaccharo rosaceo,si eius caliditatẽ timeamus,permixta,uel tenui aliquo, ac aromatico vino: aut præsente febre, scabiosæ,Buglossæue, aut Acetosæ aquis diluta, non paucis commendanda sunt. Aliud adhuc non preteribo, Dioscoridi summoperè in venenorũ uiribus superandis, & ideo nobis cum Gal.simili ratione in pestilentia gratũ,quo etiam vti poterunt pauperes:cõstat ex rutæ folijs,iuglandibus nucibus, ac aridis ficubus æqua portione, ac tantillo salis, aut in electuarium, ut mox de alijs dicebatur,paratũ,vel etiam si horũ quodlibet seorsum assumatur. Ostendunt trium horum simplicium facultates id nõ immeritò in usum reuocandũ,cum præter attenuationẽ,digestionẽ,ac per urinas euacuationem,ab his prę̃standa, quę hic necessaria demõstrauimus: Cordi robur iuglandium nucum leuis adstrictio impartietur. Nec horum nobis curę esse debet,&similiũ medicinarũ exuberans caliditas, ꝙ his vtamur præseruantes quando nulla est febris, aut quia frigidis illa cõiungere valeamus.

De ther.ad Pamphil. à princ.

Hæc

Hæc autem omnia quãdo ieiunus est stomachus ob ea, quę altero in opusculo tali de tẽpore monstramus, assumantur, & pulueres quidẽ, ex his parati à drac. i. ad drac. iiij. poterunt exhiberi, ac paulò ulterius si ex his electuarium, aut cõfectio parata accipiantur, Quod verò postremò est propositum pharmacum poterit à dimidiata ad integram unc. assumi. Confectiones verò illę antiquæ, ac maximæ a drac. i. ad. ij. ita procedentes fauente. D. O. Et M. quæ nobis est curæ præseruationem assequemur.

F I N I S.

